pro Mathaei et Pauli iacen[tem] cum agris et Omnibus ac singulis utilitatibus
fructibus proventibus attinen[tiis] et pertinen[tiis] nihil excepto pro summa Octo seragen[a]
Colon[ensium] vendidit perpetuis temporibus. Cui iam ex nunc intromissionem realem
cum pacifica possessione per Nobilem et Nobiles duos offitii acceptandam dat et admittit
Pacemque tuitionem et evictionem Omnimodam velut Omnimodam ab Omni impedi-
mento tuendo quarumvis personarum quoquomodo et tempore per Omnes In-
scriptiones Oneris cavet sub damnis omnibus simpli taxandis et edicendis Et
Coram offic[io] prae[sen]ti in primo citationis termino peremptoria responsione Omnibus
in Universum iuris remediis et defensis se et suos successores totaliter abscribendo.

Actum in Curia Regia Brancensi feria sexta post festum Sancti Lucae Evangelistae proximo Anno Domini

Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Nono.

Rinskie Ssymborski Intercisam Approbant.

Coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Brancensibus comparentes Generosi
Stanislaus Rzyndzki et Anna Semplewska relicta primi olim Generosi Pauli
Ostrowski ad praesens secundi Matrimonij eiusdem Stanislai Rzyndzki consors
legitima cum eiusdem Mariti assistentia et consensu praesentaneo ab una Et Generosus
Valentinus Szymborski olim Sebastiani filius partibus ex alia sani
mentibus et corporibus existentes palam publice ac libere recognoverunt
et quilibet eorum suo pro interesse recognovit. Quia ipsi intercisam
certam seu contractum inter se ratione Arendae bonorum Zbolutra
Warszyzna de data in Zbolutrawarszyzna die hodierna confectam
Manibus sui recognoscentium subscriptam et Vadio Nonaginta Florenorum Colon[ensium]
firmatam in Omnibus eiusdem Intercisae punctis clausulis articulis
et conditionibus approbant confirmant et ratificant Easque Omnia in
intercisa exarata tam in toto quam in quavis minima parte idem
ipsi recognoscentes tenere adimplere et inviolabiliter observare se et
Omnibus bonis cum successoribus suis submittunt ac inscribunt sub Va-
dio simili aliorum Nonaginta Florenorum Colon[ensium] in casu alicuius conditi-
onis per partem aliquam non expletae ad solvendum succumbendo Et
Coram praesenti Iudicio et Officio Regni Castren[si] in primo Citationis ter-
mino peremptoria responsione ac Vadio et cetera Omnibus satis-
factione Omnibus Controversiis exceptionibus allegationibus evasionibus dilationibus
quibusvis Motionibus Appellationibus ac earumdem prosequutionibus aliisque in
Universum iuris remediis et defensis legalibus impedimentis etiam
de iure concessibilibus se et suos successores totaliter abscribendo et abrenunciando.